Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36537
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

15

iiii.

Concordantie et exempla de incauta loquacitate.

me mori tecum et cetera. propter quod forte et audiuit
antequam gallus cantet ter me negabis. Iactanter
loquitur meretrix illa mater fornicationum et ab
hominationum terre cum ait in apocalypsi. Sedeo
ut regina et uidua non ero. propter quod permodum
dicitur de ea in poculo quod miscuit. miscete
illi duplum. Multi quoque alii iactanter
locuti sunt et penas exceperunt ideoque summ
opere uitanda est iactancia locutionis.
Nam et ideo altare domini templi est concauum. et
cor nostrum fossa humilitatis et timoris caua
ri debet. eo quod circa ficulneam sterilem pius
foditur ut fructum faciat ne declinet os
nostrum in uerbum malum. scilicet ad excusandas ex
cusationes in peccatis. De habundantia cor
dis os loquitur. Tercia causa male loquacitatis
est cupiditas. que et ipsa uitanda est. Mich. Prophe
te in muneribus diuinabant. et sacerdotes in
mercede docebant. Epistola canonica. Ve illis qui
in uia cayn abierunt. et errore balaam
mercede effusi sunt. Ezech. Auare proximos
tuos calumpniabaris. meique oblita es. ait dominus.
Ierem. A minore usque ad maiorem omnes aua
ricie student. et a propheta usque ad sacerdotem et cetera.
Exod. Ne accipias munera que deceperunt
etiam prudentes et cetera. Ierem. Maledictus homo qui opus
dei facit fraudulenter. Osee. Ve qui iustificatis
impium pro muneribus. et iusticiam iusti aufertis ab
eo. Amos. Ve uobis qui conuertitis in amaritudi
nem iudicium. et fructum iusticie in absynthium.
qui dicitis non in fortitudine uestra assumpsimus nobis
cornua. Mych. Hec dicit dominus super prophetas qui
seducunt populum meum. et predicant pacem. et si
quis non dederit in ore eorum quippiam. sanctificant
super eum prelium quibus erit nox pro uisione et cetera.
Mych. Diuites eius repleti sunt iniquitate. et ha
bitantes in ea loquebantur mendacium. et lingua
eorum fraudulenta in ore eorum. Per cupiditatem namque
balaam consilium dedit balach regi. quomodo
subuerteret populum dei. ex cupiditate locutus
est cayphas cum ait. expedit ut unus moriatur
homo pro populo. ex cupiditate locutus est iudas cum
ait ut quid perdicio hec. ex cupiditate locuti
sunt falsi illi testes qui corrupti pecunia di
xerunt nobis dormientibus uenerunt discipuli
eius et furati sunt eum. Multi quoque alii ex cupi
ditate locuti sunt. qui nequaquam tamen penas
euaserunt. ideoque uitanda est talis locutio.
Nam et ideo paulus noluit sumptus recipere a co
rinthiis. ne minor esset in eo libertas uer
borum circa ipsos. ideo eciam dominus ait. gratis ac
cepistis gratis date. Hec est enim altera
sanguisuge filia que semper dicit affer affer.
Et cum tria sint insaciabilia. scilicet infernus
et os uulue. et terra que non saciatur aqua.
quartum tamen scilicet ignis cupiditatis numquam dicit
sufficit. eo quod repleta est terra auro et argen
to. et non est finis thesaurorum eius. quia non sacia

Concor. iiii. Concordantie et exempla de loquacitate que fit ex cupiditate.

bitur uisu oculus. nec auris auditu. Quarta causa
garrulitatis est incauta loquacitas que eciam
est uitanda. Ps. Pone domine custodiam ori meo.
Sap. Ori tuo facito hostia. et uerbis tuis faci
to obstacula. Sap. Qui inconsideratus est ad lo
quendum sentiet mala. Epistola canonica. Potens est et totum
freno circumducere linguam suam. Sap. Qui mo
deratur labia sua prudentissimus est. Incauta
namque locuta est eua ne forte ait moria
mur. et ideo seducta est. Incaute locutus est
adam cum ait. mulier quam dedisti michi sociam
decepit me. et ideo penam subiit maledictionis.
Incaute locutus est loth cum ait sodomitis.
Habeo duas filias utimini eis ut libet. et
ideo perturbatus est sensus eius. Incaute locuta
est sara que risit post hostium. et ideo ab an
gelo est redarguta. Sed caute locutus est abraham
qui uxorem simulauit sororem. Incaute lo
quebantur filii laban quorum postquam audiuit
iacob uerba eorum dicencium tulit iacob omnia
que fuerant patris nostri. recessit cum uxoribus
et liberis et aliis facultatibus. inter quas rachel
furata est ydola patris. Sed cauta est rachel que
abscondens idola subter stramina cameli.
dixit patri. Non irascatur dominus meus quod nequeo tibi
assurgere et cetera. propter quod et delusa est sollicitu
do male inquirentis. Incaute loque
batur ioseph fratribus quando somnia recitabat.
unde et uenditus est in egyptum. Sed caute post
modum locutus est eis in egypto. quando se extra
neum simulabat. Incaute loquebatur uxor
iob. cum ait. benedic deo et morere. et ideo
ipse eam correxit inquiens quasi una de stul
tis mulieribus locuta es. Caute loquebatur
iob qui in omnibus illis non peccauit labiis su
is. Incaute locuti sunt moyses et aaron
ad aquas contradictionis cum dixerunt
audite rebelles et increduli. num de pe
tra hac poterimus uobis eicere aquam. propter quod
non intrauerunt terram promissionis. In
caute locuti sunt exploratores illi quos
misit iosue ad explorandum hay cum di
xerunt. Non ascendat totus populus. sed duo uel
tria milia uirorum pergant et deleant ciuita
tem. propter quod xxxvi. uiri corruerunt
ex ipsis. Sed caute locuta est raab cum dimi
sit exploratores missos in iericho dicens
eis. Iurate michi per dominum ut quomodo ego
misericordiam feci uobiscum. ita et uos faciatis
in domo patris mei. propter quod saluata est
ipsa et domus eius tota. Incaute locutus est
iosue qui iurauit gabaonitis. unde et post
modum quasi perplexus fuit ex iuramento.
Incaute locutus est iepte qui egrediens ad
pugnam uouit domino. quod qui prior occurreret
sibi redeunti a uictoria ipsum domino offerret.
unde et stulte postea filiam immolauit. In
caute locutus est samson qui uxori qua